

Sammelband von Dina



U. g. 1975

PA

CONCLUSIONES
LEGALES.

DE

HEREDVM
QUALITATE ET
DIFFERENTIA.

QVAS

Deo auspice,

Sub praesidio nobiliss. iuxta ac consultiss. viri

DN. ARNOLDI DE REY-
GER, I. V. D. ET IN ILLV-

stri Academia Salana Professoris Pandect. pu-
blici, in priuato Institut, Collegio
pro viribus defendendas
proponit.

THOMAS LVDICHIVS
Gottingensis Sax.

Fiet Disputatio ad diem
hora & loco solito,

*Leges sanctiss. qua constringunt vitas
hominum, ab omnibus sciri debent &
obseruari l. LL. sacratiss. 9. C. de LL.*

F E N Æ
Typis Tobiaë Steinmanni.

Anno 1594.



CLARISSIMO AC DO-
CTISSIMO VIRO

Dn. IVSTO SVTELIO

INCLYTAE REIPVB. NORT-
HEIMBENSIS A SECRE-
tis dignissimo,

DN. AC PATRONO SVO
multis nominibus obseruando haec
conclusiones legales

*In grati animi testificationem
dedicat, mittitq;*

Respond.



DISPUTATIO XII. LIB. II.
INSTITUTIONVM.

DE

Hereditatis qualitate & differentia.

CONTINUATIO.

Multa haecenus de heredibus vel instituendis vel exheredandis ab Imp. pertractata sunt. Heredes autem cum natura qualitateq; differant, id quomodo contingat subiiciendum erit. *a*

a Myns. ad Rubr. n. 1. Inst. h. t.

CONCLUSIO I.

RELICTIS ALIIS VOCABULI heredis Etymologijs, ab hero potius heredem dici statuimus. Veteres enim heredem dominum appellabant. *a* Ideoq; in Pandectis Florentin. perpetuò sine diaphthongo scribitur. *b*

b §. fin. Inst. h. t. l. item Mela 11. §. 6. ff. ad L. Aquil. Cuiac. 10. obseru. 16. c Borch. in d. §. fin. Inst. h. t. Quod & in Cic. lib. Victorius annotauit.

2.

Heredes sunt, qui in vniuersum Ius, quod defunctus tempore mortis *a* habuit, siue per se, siue per alium succedunt. *b*

a l. sicuti 38. l. heredem 59. ff. de R. l. b l. nihil est 24. ff. de v. s. l. hereditas 62. ff. de R. l.

A 2

Tres

3.

Tres autem heredum species constituimus, nimirum aut necessarios tantum, aut suos & necessarios, aut extraneos. *a*

a *tex. in pr. Inst. h. t. Gaius lib. 2. Inst. tit. 3. in fi. Vult. 1. Jurisp. 72. n. 11.*

4.

Necessarii heredes sunt serui testatoris proprii cum libertate heredes scripti, qui non habent facultatem siue arbitrium repudiandæ hereditatis, sed velint nolint coguntur esse heredes. Sin omiſſa libertate scribantur, nihilominus libertate cum hereditate consequuntur à semetipsis, etiam ignorantes, non per interpositam personam. *a*

a §. 1. *Inst. h. t. l. Cornelia 12. ff. qui testam fac. pos. l. ait Prator. 7. §. 10. ff. de minor. §. idemq. Inst. qui & ex quib. caus. manu mit. pr. Inst. de hered. instit. l. quidam. C. de necessar. serv. hered. Cuiac. ad l. 21. ff. de hered. instit. Donell. 6. Comment. 18.*

5.

Huiusmodi tamen necessitas in quibusdam seruis non procedit. Nam seruus fideicommissariam adeptus: Item is, quem testator hac lege emerat, vt manumitteretur, vel qui propria data pecunia redemptus est necessarius heres non fit. *a*

a *l. si seruo 84. ff. de hered. instit. l. 4. ff. de manumission. & l. 2. C. si mancip. ita fuer. alieno.*

6.

Prima autem hæc heredis species apud plerosque Christianos sublata seruitute hodie in usu esse desijt. *a*

a *Vigl. Myns. §. 1. in pr. Inst. h. t. Bart. in l. hostes. ff. de capt.*

capit. & postl. reuer. Diximus autem plerosq; eo quod hodie
Lusitani seruitia in Europa obliuione sepulta primi reuoca-
runt. Bodin. lib. 1. de repub. c. 5.

7.

Sui & necessarij heredes sunt, qui in potestate testa-
toris tempore mortis existunt, ac proximum gradum
obtinent. a

a § sui autem. Inst. h. t. l. 1. §. 2. ff. de suis & legit. hered.

8.

Ideo autem sui heredes appellantur, quia domesticij
heredes sunt, a & suus quasi proprius, b domi ex suo cor-
pore natus, non aliunde accitus heres, vel quasi suiipius
heres. Nam filius & pater vna eademq; persona esse cen-
sentur. c

a d. §. sui aut. v. sed sui. Inst. h. t. l. 7. in pr. ff. de bono
damnato. c. l. fin. & in fi. C. de impub. & alijs subst.

9.

Necessarij dicuntur, quia omnino siue velint, siue
nolint, tam ab intestato, quam ex testamento de iure qui-
dem Ciu. heredes existunt. a Sed de iure Pratorio ha-
bent abstinenti licentiam, & sufficit si se non immisce-
ant. b

a d. §. sui autem. vers. necessarij verò. Inst. h. t. Existunt
autem proprie heredes sui & necessarij, & quidem statim. l.
1. §. qui sunt. ff. si quis omitt. caus. test. Extranei fiunt here-
des aditione scil. l. filiusfam. ff. ad L. Falcid. Cuiac. ad l. 2.
ff. de excusat. Vide eundem ad l. in suis 11. ff. de liber. & posth.
her. b l. 1. 2. ff. de acquir. vel amit. hered. & l. 1. C. ut ab he-
red. abstin. Horum est immiscere. Extraneorum adire. Cuiac.
ad. locc. Latè & eleg. Donell. 7. Comment. 2.

10.

III Ideoq; ne tutoris quidem vel curatoris authorita-

A 3

te,

te, si suus fuerit pupillus, vel furiosus, ad acquirendam hereditatem opus habet. *a*

a §. 3. *Inst. de hered. que ab intest. de ser. l. 2. §. penult. ff. de iur. Codicil. l. 209. ff. de v. s. & arg. l. 3. ff. de author. iuro.*

11.
Priorem verò sui heredis qualitatem, Latini vulgò Suiatatem, Græci τὸ οὐτὸν appellant. *a*

a *Myns. post. Vigl. d. §. sui autem. n. 4. Inst. h. t. Vide Coras. 3. Miscell. 16. n. 6.*

12.
Eam cum Alciato *a* definimus, quod sit heredum qualitas, qui primum in hereditate paterna locum obtineant, continuationem domini, necessitatemq; successio- nis ipso iure inducens. *a*

a *lib. 5. Parerg. c. 19. b Myns. d. lo. n. 5.*

13.
Hoc loco quæri solet, an nuda sui heredis existen- tia tabulas pupillares confirmet, h. e. an si pupillo suo heredi substitutus sit datus, pupillo se abstinente, substi- tutus debeat admitti? quod affirmandum putamus. *a*

a *l. si filius 12. ff. de vulg. & pupil. subst. l. questum 40. cum 2. seqq. ff. de acquir. vel amit. hered. Donell. 6. Comment. 25. pag. 91. Curac. ad d. l. 2. ff. de excusat. Dis. Ant. Fab. 2. Coniect. 2. Vide & Duaren. cap. 16. ff. de vulg. & pupil. subst. & cap. 10. ff. de acquir. vel amit. hered.*

14.
Sequitur de cœteris heredibus, testatoris iuri non subiectis, qui voluntarij & extranei heredes vocan- tur. *a*

a §. Cœteri qui 3. *Inst. h. t.*

In

In huiusmodi autem requiritur ut sit cum eis testa-
menti factio, siue ipsi siue alij in eorum potestate existen-
tes fuerint heredes instituti: Idque inspicitur tempore
testamenti facti, mortis testatoris, & aditæ heredi-
tatis. *a*

*bou a §. in extraneis 4. cum seq. Inst. h. t. l. si alienum. §. 1.
l. seruum in pr. l. in tempus. ff. de hered. instit. Borch. in d. §.
caeteri. Inst. h. t.*

16.

Hinc duplici significatione testamenti factio accipi-
tur. Aut enim actiua est, & significat facultatem testa-
menti faciendi: *a* aut passiuæ, ut capere quid ex alterius
testamento quis possit, tamen si ipse testamentum ordina-
re nequeat. *b*

*a d. §. in extraneis. v. testamenti autem. Inst. h. t. l. 3.
ff. qui testam. fac. poss. b d. §. in extran. v. eodem. l. filiusfam.
ff. d. t. Mys. in §. testamenti. Inst. h. t.*

Coeterum extraneus heres siue ex testamento, siue
ab intestato fuerit vocatus, potest heres fieri, vel se ge-
rendo pro herede, vel nuda voluntate suscipiendæ here-
ditatis, quemadmodum etiam contraria destinatione
statim ab hereditate repellitur. *a*

a §. fin. Inst. h. t. l. 6. ff. ad S. C. Trebel.

Extraneis etiam & suis heredibus concessum est
Ius deliberandi de hereditate adeunda vel non: quam
aditam postea relinquere nequeunt, nisi forte fuerit quis
minor 25. annis, aut miles, *a* vel grande æs alienum in
hereditate lateat. *b*

a §. extraneis aut. s. c. i. bi Mys. n. s. Inst. h. t. l. 1. ff.

A 4

de

*de iur. deliber. l. ult. §. fin. & eod. l. fin. C. de repud. vel
abstina. hered. Gyp. hic in d. §. extran. b. d. §. extraneis aut.
v. sciendum, d. l. ult. C. de iur. deliber. l. ait Prator. 7. §. 2. ff.
de minor.*

19.
Tempus autem deliberandi ab Imp. datur vsque ad
annum, & a coeteris Iudicibus ad 9. Menses, ultra quod
tempus dari nequit, quemadmodum nec minus (hoc
tempore) dari debet centum diebus. *a*

*a l. 1. & 2. ff. de iur. de lib. l. cum in antiquioribus 19.
C. eod. VVesenb. in Paratit. n. 2. ff. d. tit. Duaren. de iur. de
lib. cap. 5.*

20.
Quod deliberationis auxilium hodie minus neces-
sarium est, postquam ex Iustiniani constitutionibus be-
neficio Inventarij legitime confecti hereditatem adire
licet. *a*

*a §. sed nostra benevolentia 6. Inst. h. t. l. ult. C. de iur.
delib. VVesenb. in Parat. n. 5. ff. eod.*

21.
Porro multiplex Inventariorum species in Legibus
nostris habetur: hic autem solummodo Inventarium
heredis intelligimus *a* quod & in usu iuris Repertori-
um dici consuevit. *b*

*a De quo in d. §. sed nostra. & in d. l. fin. C. de iur. de
lib. Myns. in d. §. sed nostra. Inst. h. t. b. l. tutor qui reperto-
rium. ff. de administ. tuto. Douell. 7. Comment. 3. Montic. de
Inuent. her. cap. 2. n. 2.*

22.
Est illud scriptura publica sub praesentia legitima-
rum personarum, in qua omnia bona defuncti conscri-
buntur ex forma Iustinianae constitutionis. *a*

a Mon-

*a Montic. de Inuentar. her. §. iam verò. n. 2. pag. 20.
Myns. d. lo.*

23.

Plures autem solennitates in confectione Inuentarij à Dd. vulgò requiri solent. *a* Nos omissis reliquis quatuor has præcipuas sufficere putamus: videlicet vt intra certum tempus conficiatur, vt per certas personas, & alijs certis præsentibus, & vt certi quid contineat. *b*

a Dd. in d. l. vlt. §. 1. C. de iur. delib. Ibi Bart. Panor. Cons. 74. in 3. Col. lib. 2. b Donell. 7. Comment. cap. 3. Latè Montic. de Inuent. her. cap. 5. 6. & 7. Schneid. §. extraneis. n. 12. cum seqq. Inst. h. t.

24.

Hinc utilis oritur quæstio, num etiam fructus & aliæ accessiones, quæ post mortem testatoris ante aditam hereditatem ex rebus hereditarijs prouenerunt, specificè sint inscribendæ? Quod vt fiat tutius putamus. *a*

a per rationes & textus, quos adducit Coras. ii. de Inuent. n. 23. Montic. de Inuent. her. cap. 6. n. 1.

25.

Inuentarij ritè confecti effectus sunt plurimi *a*: hi præcipui. Heres saluam habet Falcidiam: *b* ultra vires hereditatis creditoribus & legatarijs non tenetur *c* funeris, testamenti, & similes impensas retinet: *d* actio quam cum defuncto habuit non confunditur *e* & qui similes. *f*

a Latè Montic. de Inuentar. her. cap. 9. per tot. b l. fin. §. etsi præfatam. C. de iur. delib. Montic. d. c. 9. n. 4. Donell. d. c. 3. c d. l. vlt. §. etsi præfatam. Montic. d. c. 9. n. 1. Donell. d. c. 3. Myns. in d. §. sed nostra. n. 10. Cum seqq. Inst. h. t. Schneid. d. §. extraneis. n. 17. eod. d d. l. vlt. §. in computatione. Donell. d. lo. Montic. n. 9. c d. §. in computatione.

Donell.

*Donell. d. lo. Montic. d. cap. 9. n. 17. cum seqq. vsq. ad fin.
Myns. d. S. sed nostra. Inst. h. t. Iason. ad d. S. et si praefatum.
l. fin. C. de iur. de lib.*

Q V A E S T I O N E S S V B S E -
quentes Corollariorum vices
sustineant.

Q V A E S T I O I.

V Trum hereditas diuidua sit an indiuidua?
Vtrumq. cum Hotomanno affirmamus.
a Hotom. quest. illust. q. 19.

II.

Suitas sitnè Iur. Ciuil. an naturalis? Nos
Iur. Ciuil. esse asserimus.

a Vigil. ti. S. sui aut. n. 3. Inst. h. t.

III.

An filius legitimam amittat omisso In-
uentario? Et eorum sententiæ, qui negatiuam
affirmant, subscribendum putamus.

*a Barth. Auth. sed cum testator. C. ad L.
Falcid. Vigil. & Myns. in S. sed nostra Inst.
h. t.*

IV.

Iure adeundi quod extraneorum est, & im-
miscendi, quod suorum, an spatio 30. annorum
præs

præscribatur? In extraneis affirmamus; a Nes
gamus in suis. a

a l. in rem 3. l. omnes 4. C. de præscr. 30.
vel 40. ann. Duar. c. 2. ff. de acquir. hered.
Myns. cent. 2. obs. 71. n. 1. Gail. 2. obs. 20. n.
16. Coras. 6. Miscell. 21. Gomez. var. resol.
tom. cap. 9. n. 27. b [Duar. Myns. 1. Coras.
dd. lo. vid. Wesemb. d. consil. 5. n. 33. Et con-
sil. 42. n. 106. Diss. comm. Dd. Gomez. d. lo.
n. 28. per l. licet. C. de iur. delib. Pistor. d. q.
8. n. 36. Wesemb. Conf. 5. n. 33. Hartm. Pist.
lib. 2. q. 8. n. 35.

F I N I S.



Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.



99 A 6904


ULB Halle 3
004 976 38X



TA 30L







PA

CONCLVSIONES
LEGALES.

DE

HEREDVM
QUALITATE ET
DIFFERENTIA.

QVAS

Deo auspice,

Sub praesidio nobiliss. iuxta ac consultiss. viri

DN. ARNOLDI DE REY-
GER, I. V. D. ET IN ILLV-
stri Academia Salana Professoris Pandect. pu-
blici, in priuato Institut, Collegio
pro viribus defendendas
proponit.

THOMAS LVDICHIVS
Gottingensis Sax.

Fiet Disputatio ad diem
hora & loco solito,

*Leges sanctiss. qua constringunt vitas
hominum, ab omnibus sciri debent &
obseruari l. LL, sacratiss. 9. C. de LL.*

F E N Æ
Typis Tobiaë Steinmanni.

Anno 1594.